

II. *A signis vita aeterna necessariis, ducitur argumentum omni exceptione maiore. Signa ista dicuntur τεκμήρια; & sunt fides & obedientia fidei, id est, conformitas cum Deo, vivum gaudium, & similia, de quib. reg. præced. Ab his signis diversa sunt εἰκότες, quæ sunt signa probabilia & contingencia: de quibus Luc. 8. v. 12. 13. 14. Hebr. 6. v. 4. 5. 6. 7. 8. Matth. 7. v. 21. 22. 23. Oportet itaq; hîc instituire severum examen, ne nobis ipsis imponamus opinionem & larvâ fidei & sanctitatis.*

III. *A vitâ aeternâ, quæ est anima à corpore separate, ad illam, quæ est totius persone, valet consequentia, ita ut illâ posuâ ponatur & hæc. Oportet enim ut totus homo, qui est in Christo, fruatur visione Dei. 1. Thess. 4. 17.*

IV. *A visione Dei beatificâ ad comprehensionem essentia Dei infinita non valet consequentia. Nam essentia Dei in suâ infinitate non nisi à mente infinitâ adæquatè capi potest. Inierim videbimus totam DEI essentiam; quia videbimus illam immediatè 1. Cor. 13. 12. 1. Iohan. 3. vers. 2. videbimus, inquam, illam totam, etsi non totaliter, sed modo naturæ finitæ convenienti. Hoc etiam ita patet. Videbimus essentiam Dei non tantùm immediatè, sed etiam mediatè in humanâ Christi naturâ,*